G. & pacem in Dño. De furijs tribus. R. p. in Christo, ne
nihil habebam in animo cum eas papae ascriberem, nisi ut atrocitatem
abominationis papalis atrocissimis verbis in lingua latina exprimerem
Latini enim ignorant quid sit Satan vel diabolus, sicut & Greci &
omnes gentes. Ideo a posteriori & effectu finxerunt ista nomina
Megera dicitur ab invidia & odio. Haec est diaboli malitia qua invidit
humano generi salutem eternam & temporalem, ut sunt & papa sunt
imitator & simia eius. Alecto dicitur quasi incessans
indefessus. Hanc papa cum pessimis & Curtisanis fecit, qui
ista horribilia in mundo spirant. Ut perversitas. Natura. Hanc
diabolum nos Christiani possumus appellare serpentem antiquum, qui
in paradiso genus humanum eternis & temporalibus per infinita genera
instrumentorum malorum & Curtisanis perdidit. Et adhuc quottidie
novis Curtisanis per papam Mahomet [illegible] Cardinales. Magnatum
Epistellerspiel, nec potest cessare aut moderare suas Curtisanas
calamitates in. Tisiphone dicitur Ultrix Cedium. Sic fingitur
esse pessima furia, i. ira Dei, qua puniuntur tyranni & mali pro
effectibus diversis priorum furiarum. Qualem patiebatur Cain
Saul Absalom Achitophel. Apud gentes Orestes, Aiax & multi.
Hanc nos Christiani proprie dicemus istos demones quibus obsessi
tenentur & insani fiunt, qui etiam blasphemant deum ~~[illegible]~~
regnant, sicut in papa & hereticorum opinionibus & dogmatibus
blasphemis. ~~[illegible]~~ digna mercede aeternis sunt damnati. Alia
non habeo. Satis sanatius Tyrannis non respondere. Nisi orantem
& obligans. Absurdum est a me scripsisse contra Anglum & Scotum
Illa enim verbum attigerunt. Et nolo tempus hi gentis meque perdere
cum superbis & avaris illis literatoribus. Nec legere dignabor eorum
scripta, [illegible] quod eorum testimonio probatur. Me esse alienissimum ab eorum furore. Id quod agebam proxima confessione.
Vale in Domino Amen. 8. Maij 1545

T. D.

deditus

Martinus Luther